



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 63. Madrutius Cardinalis Oenipontum profectus, & Commendonus adventans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

convenere, in duobus tamen diffidebant, quorum primus erat: nam quodcunque inter Christianos conjugium, prout ferme omnes sentiebant, sit Sacramentum, anve ad Sacramenti rationem Sacerdotis benedictio requiratur secundum Guilielmi Parisiensis opinionem, quam propugnabat Simon Vigor, aliique pauci.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

Alter erat, utrum expediret in posterum clandestina matrimonia irrita reddere.

§. LXIII.

Madrutius Cardinalis Oenipontum profectus, & Commendonus adventans.

Sub idem ferme tempus, seu die decima septima Februarii Madrutius Cardinalis a Cæsare vocatus Oenipontum contendit, cum vero nonnisi ad Comitiorum tempus illuc venire iussus esset, prius Presinonem petiit, indeque veredariis equis Romanorum Regem salutatum ibat, cum hic Oeniponto brevi discessurus esset; hinc suum iter accelerabat, ut unacum Lotharingio Cardinale eo contendere posset, ubi nonnisi quatuor dierum moram trahere, moxque Presinonem usque ad comitiorum initium reverti voluit.

Pallav. c.4.
u. 2
Lett. de Visc.
tom. 2. p. 21.
Et 22.

§. LXIV.